Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

recensemus heroas. Quum tu-
natis omnes precellat illos atque
cunctos proceres. Nos hac die
tibi gregatos serua uirgo in lu-
cem mundi qua pepristi paritu-
ra celorum lumen. De sancto Mi-

De s. Cruce sequentia quere folio cxxxxvii

Ccelebres rex michahele
celice laudes cuncta.
Pangat canora cater-
ua symphonia. Odas atque sol-
uat concio tibi nostra. Quum iam
renouantur michahelis inclyta
ualde festa. Per quem letabun-
da poratur machina mundi
tota. Nouies distincta pneu-
matum sunt agmina per te fac-
ta. Sed cum uis facis hec flam-
mea per angelicas officinas. In-
ter primeua sunt hec nam creata
tua cum simus nos ultima
factura sed imago tua. Theo-
logica cathegorizant simbola
nobis hec ter tripertita per priua-
ta officia. Dominancia numi-
na diuinaque subsellia cherubin
etherea ac seraphin ignicoma.
Plebs angelica phalanx et arc-
hangelica principans turma
uirtus urania ac potestas al-
mipthoma. Vos o michahel ce-
li satrapa gabrielque uera dans
uerbi nuncia. Atque raphahel
uite uernula transferte nos in-
ter paradysicolas. Per uos pa-
tris cuncta complentur manda-
ta que dat. Euisdem sophia com-
par quoque pneuma una permanens
nens inusia. Qui estis ammi-
nistrancia deo milia milium sa-
cra. Vices plus quinas bis
atque quingentas uicas. Cente-
na millena assistunt in aula at-
quam rex ouem centesimam. Ver-
bigena dragmamque decimam
duxit ad agalmata. Vos pethe-
ra nos plura dena pars electa ar-
monie uota demus hinc per li-
ricas cytharas. Quo post bella
michahelis inclyta nostra deo sint
accepta aurea circa aram thimy-
amatha. Quo inchoeua iam glo-
ria condecantemus aevia. Item

Magnum te micha alia.
hem habentem pignus.
Diuium nostrorum si ta-
men seruu studeamus esse dei. Po-
scimus ut tuis precibus consortes
mereamur fieri. Horum beatitu-
dinis ineffabilis quam in dei con-
spectu eos habere confidimus.
Qui es beatitudo uera sanctorum per-
petua. Quod quia scimus non
posse fieri. Nisi bonis studeatur
meritis. Poscimus ut deum sanctos
mores nos instruere tempore postu-
les. Vt introire ualeamus au-
lam que non recipit ullam macu-
lam. Tu qui dei caritatem reti-
nens. Inmortalis perdurasti
michahel. Post mortem requiem

De s. Colomanno sequentia cxxxviii
Vide capitulum ...